

Sic ait: & subito pharetraq; arcu j; relictis,
 Aëreum induit us corpus (mirabile dictu)
 Callidus assetans formosam hinc inde puellam,
 Obseruat tacitus furtim: tandemq; repertis
 Sese oculis infert, claroque in lumine condit.

Hanc igitur casu, vitreo tum fonte lauantem,
 Nescio quid meditans sublimi Dauid ab arce
 Confexit, vir nec cuiquam pictate secundus,
 Nec quoquam inferior vates, seu fundere dulce
 Ore melos, digitis seu tangere plectra iuuaret.
 Quid non audet Amor? regis doctique piique
 Protinus excusso violauit lumina telo:
 At pauidus tanto caligat lumine Dauid.
 Ecce irrumpit Amor dominus, sparsisq; veneno
 Sensibus, humenti mox calfacit ossa calore,
 Atque imo tandem infligit sub pectore vulnus:
 Mens quoq; victa labat, flāmisq; oppressa fatiscit.
 Ipse sui oblitus cacas sub pectore flamas
 Dauid alit, nec iam studijs incumbit honestis,
 Nec sibi iam querit sese quibus artibus ipse
 Afferat: hoc unum noctuq; diuq; labore
 Sollicitus voluit magno, qua callidus arte
 Efficiat forma ut tandem potiatur amata.
 Quid faciat? blandis adiungit munera dictis.
 Paret Bersabe: tumido sic addita ventri
 Sarcina. sed nondum Dauid sua gaudia credit
 Plena satius: res ipsa placet, crimenque probatur:

At